

thoris ornamentorum præbeant eminentiorem locum.
Summissum genus dicendi silentes docet, & tempera-
tum genus delectatione sua acclamationes audientium
excitat, grande autem genus plerumque pondere suo
voces premit, sed lachrymas exprimit, & hoc vnde nisi
quia veritas sic demonstrata, sic defensa, sic inuicta des-
lectat. Iste ergo doctor noster & dictor magnopere cu-
rare debet, ut non solum intelligentur, verum etiam
libenter & obedienter audiatur, idque verbis agat, ut
veritas pateat, veritas placeat, veritas moueat, quo-
niam nec ipsa que præcepti finis & plenitudo legis est,
charitas ullomodo recte esse potest, si ea que diliguntur
non vera sed falsa sunt. Sicut autem cuius est pulchrum
corpus, & deformis est animus, magis est dolendus,
quam si deforme haberet corpus, ita qui eloquenter
ea que falsa sunt dicunt, magis miseranda sunt, quam
si talia deformiter dicerent.

QVID SIT SAPIENTER ET ELOQUENTER
DICERE, ET QVOD ALIENVM NON DICAT
QVI AB ALIO PROLATA BENE VIVENDO
PRAEDICAT.
Ca. XXXVI.

q Vid ergo est non solum eloquenter, verum etiam
sapienter dicere, nisi verba in summissio genere
sufficientia, in temperato splendens, in grati
vehementia, veris tamen rebus quibus audiri oportet
at adhibere? Sed qui vtrumque non potest, dicat sapien-
ter, quod non dicat eloquenter, potius quam dicat elo-
quenter, quod dicit insipienter. Si autem nec hoc
qui dem potest ita conuersetur, ut non solum sibi premi-
um comparet, sed et præbeat aliis exemplum, & sit eius
quasi copia dicendi, forma viuendi, Sunt sane quidam
qui bene pronuntiare possunt, quid autem pronuntiet

...non possunt, quod si an-
...conscriptum memor
...profertur, si cam p
...etiam. Sic enim
...uentatis si
...magna, id quod dicitur
...fuerit uoce
...fuerunt u
...Qui enim fuerunt
...non est alienu
...dicuntur aliena
...enim bon
...sed in eius r
...fuerunt uerba
...que deum, u
...Cum vero boni
...accusantur
...et deus spiritum est cuius sum
...que non potest comp
...componere uer

DISCRETIONE DOG
QUALITATEM AUDITOR

...conuenit
...quomox
...dum
...sed
...sue predi
...qualitate
...Nagant
...exhortatio con

cogitare non possunt. quod si ab aliis sumant eloquē
sapienterq; conscriptum memorięq; commendēt. atq;
ad populum proferant. si eam personam gerunt. non
improprie faciunt etiam. Sic enim quod profecto utile
est multi predicator es ueritatis fiunt. nec multi magis
stri. si unius rei mgrī. idipm dicāt oēs. & sint in eis scis
mata. nec deterrendi sūt isti uoce Hierēie pphete. per
quē deus arguit eos q; furantur uerba eius. unusq; a
proximo suo. Qui enim furantur. alienum rapiunt.
verbum autem dei non est alienum ab eis qui obtem
perant ei. potiusq; dicit ille aliena. qui cum dicit bene.
uiuit male. Quicumq; enim bona dicit. eius uidentur
excogitari ingenio. sed ab eius moribus aliena sunt.
Eos itaq; dixit deus furari uerba sua. qui boni uolunt
videri. loquendo que dei sunt. cum mali sunt. faciēdo
que sua sunt. Cum uero boni fideles bonis fidelibus
hanc operam accommodant. utriq; sua dicunt. quod
& deus ipsorum est cuius sunt illa que dicuntur. & ea
sua faciunt. que non ipsi componere non potuerūt. qui
secundum illa compositē uiuunt.

DE DISCRETIONE DOGMATVM IVXTA
QUALITATEM AUDITORVM. Ca. XXXVII.

Oc quoq; nosse conuenit unumquemq; catho
h licum doctorem quomodo sibi conciliet sui ser
monis authorem. ut dum sciat per supradictā
rationem modos locutionum & species. bene dispen
sando fructus inueniat sue predicationis & laudes. Cū
enim oratio in se exhibet perfectionem. necesse est ut
perpendat auditorum qualitatem. quia ut reuerende
memorie Gregorius Naſanſenus edocuit. non una
eademq; cunctis exhortatio congruit. quia nec cūctos